



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 42. Patres a Cæsare datis literis contra hæreticos lente procedre jussi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

gatis reposuit, quod summus Pontifex Sæcul. XVI. A. C. 1546.
 iram posuisset, nilque magis optet, quam
 ut Decreti publicationem, quamdiu pos-
 sent, differrent, simulque Pontificis man-
 datum exspectarent, ex quo Decretum
 condendi modum percepturi essent.
 Hæc notitia Legatis gratissima acci-
 dit (*).

§. XLII.

*Patres a Cæsare datis literis con-
 tra hæreticos lente procede-
 re iussi.*

Quamprimum Cæsari præfatum De-
 cretum innotuit, mox literas ad
 Pachecum Cardinalem dedit, Dandino
 autem, qui apud Imperatorem Pontifi-
 cis

Pallav. l. c. n. 17.

decrevit? Nonne a Papa ad Concilium appel-
 lare prohibuit, quæ sane appellatio inter ma-
 ximas corruptelas merito numerari potest. Ita-
 que Pontifices ideo duntaxat reformationem ne-
 glexisse insimulantur, quia sese jurisdictione,
 & auctoritate suprema sibi a Deo concessa non
 abdicarunt, quod tamen Pseudo-Politici vo-
 lunt.

(*) Hanc in rem Continuator Pallavici-
 num allegavit, qui tamen ne verbo quidem de
 hoc mentionem facit, ast e re Continuatoris
 fuit, ut rursus Pontificem a reformatione alie-
 num Lectori suo depingat.

Sæcul. XVI. A.C. 1546. cis Legatum agebat, injunxit, ut Legatis præciperet, quatenus in hoc negotio lentius procederent, nec Protestantes anathemate percellerent, ne forte illi adhuc magis in furorem agerentur.

§. XLIII.

Congregatio de legendis literis, nec non de Synodi sigillo.

Paltav. c. 8. n. 1. & 2. Raynald. ex MS. Arch. sign. 3232. p. 112. & ex Diario Conc. Trid. p. 68. ad hunc ann. n. 18. Die vigesima nona Januarii alius habebatur Patrum confessus, in quo recitatæ fuerunt literæ, quas Episcopus D. Marci ad Principes perscribere jussus erat. Insuper ibidem fuit sancitum, ut pariter epistola ad Papam mitteretur, in qua Patres Pontifici ob convocatam, inceptamque Synodum grates agerent, simulque eundem rogarent, ut Principes Christianos ad mutuam inter se pacem hortaretur, eosque moneret, ut suos quoque Episcopos ac Legatos ad Tridentinam Synodum decernerent. Hanc in rem Majerano Archiepiscopo ex Synodi consensu observare placuit, quod in literis ad Papam datis non adeo sollicitè, ut Italiæ Episcopos ad Synodum sollicitaret, ab eo peteretur, sed potius, ut exterarum nationum Antistites, qui ejus jurisdictioni subsunt, Tridentinum accedere urgeret. Porro Episcopus Castellimarinus contendebat, quod